



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

31 Infideles neque eadem immunitate gaudent, & num. seq.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

reddiderit, vel fuerit innocens à demon-
strata, purgatus: ut benè distinguit, & tenet
Abb. in d. cap. inter alia. num. 6. de immu.
Eccles.

31 Nec Sarraceni † gaudent Ecclesiastica
immunitate, quo minus ab Ecclesia, ad
quam ipsos confugere contingat, abduci
possint, de eadem licentia, quia sunt dete-
rioris conditionis Judæorum, quorum ri-
tus ab Ecclesia toleratur, quia illis habe-
mus testimonium fidei Christianæ, col-
untque unū Deum, & verum. Sanc. Tho.
2. 2. quest. 10. ar. 11. & Eym. in dir. ct. In-
quis. par. 2. quest. 46. num. 13. Sarraceno-
rum autem ritus, qui Mahometum homi-
nem facinorosum, & nefandum colunt,
est prohibitus, tam de jure civili, quàm
canonico. l. 2. C. de Sum. Trin. & fit. cath.
clem. unic. de Jud. & Sarrac. & post Joann.
de Roy. in tract. de heres. par. 1. num. 568.
& seqq. quem citat & tenet. Pen. super di-
rect. Inquisit. comm. 71. n. 8. & hi non sunt
creaturæ ecclesiæ, quapropter ecclesia il-
los non coercet. c. de Judæis. 45. distinct. sed
iplos coercere spectat ad Principes secula-
res, in quorum dominio sunt. gloss. pen. in
dir. clem. unic. & ibi Abb. numer. 13. cap.
multi. 2. quest. 1. quæ procedunt etiam in
hæreticis, apostatis, aliisque infidelibus,
quos indignos ecclesiastica immunitate
tenuerunt. Abb. Oldrad. Covar. Boer. &
alij quamplures citati per Farinac. in sua
prax. crim. par. 1. tom. 2. qu. 28. n. 68.

32 Potest tamen Papa † mandare infideli-
bus, quod prædicatores Evangelij in terris
sua jurisdictionis admittant, cum omnis
creatura rationalis facta sit ad Deum
laudandum, si autem prohibent prædica-
tores prædicare, peccant, & idèd sunt pu-
niendi, ac compellendi brachio seculari,

indicendumque est bellum contra eos per
Papam, & non per alios, ut tenet Innoc. in
cap. quod super numer. 8 & 9. de vot. & vot.
redemp. Estque regulare, quod nullus infi-
delis immunitate ecclesiastica gaudere pos-
sit, ut per Covar. lib. 2. var. resolut. eod. cap.
20. nu. 11. versic. 13.

33 Tamen † ob reverentiam ecclesiarum
non propterea satellitibus armatis eccle-
siam pro captura facienda de facto ingre-
di licet: sed, adhibitis ecclesiæ custodibus
rector, seu minister ecclesiæ, aut superior
est requirendus, qui extractionem majori
cum modestia, quo fieri potest, libere per-
mittere debet, Rolan. cons. 24. sub num. 15.
& Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 4. cap. 17.
sub num. 34. sine cautione de indemnitate
membri, & vitæ, quæ pro alijs gaudenti-
bus ecclesiastica immunitate exigi debet,
ut d. c. inter alia. ubi etiam Inno. & Abb.
num. 9.

34 Cingari verò, † qui corrupto vocabu-
lo quandoque etiam Sarraceni nominan-
tur, & permissione Principum, ac aliorum
dominorum per Italiam vagantur, nec un-
quam viderunt partes infidelium, minuf-
que legem Mahometi noverunt, sed sunt
ferè omnes Itali, & male habituati, ex re-
bus furtivis vivunt, ac fraudulentis earum
permutationibus, & ludis, in quibus, ut
plurimum, fraudes committunt, & sunt
baptizati, eadem gaudent immunitate,
quia fides ejusdem generis sunt compre-
hensi, & gaudent immunitate tam de jure
communi, ut in eo. cap. inter alia. cum alijs
per Dec. allegatis in tractatu crim. lib. 6.
cap. 20. & Farin. in eo. cap. 28. num. 51. in fin.
quam vigore constit. de qua sup. num. 130.
& 23. & foro ecclesiastico parent in non
violando ecclesiasticam immunitatem.

Mihi